

*scilicet fratribus spetialiter attinent<sup>t)</sup>, denarios duodecim recipiant<sup>u)</sup> et de his<sup>v)</sup> ecclesie sue necessitatibus, ut supradictum est, provideant<sup>w)</sup>, et ipsi fratres vel eorum homines ultra hanc mensuram a nostris nuntiiis vel a quibuscumque aliis nulla<sup>x)</sup> dacione graventur. Insuper iubemus, ut liceat eisdem fratribus homines ipsorum super sua, id est ecclesie illius bona de loco ad<sup>y)</sup> locum pro libito suo transferre et ad utilitatem suam transmutare nullo vetante vel impediante. Preterea statuimus, ut nullus iudicum tam de civitatibus quam de forinsecis<sup>z)</sup> locis habeat potestatem iudicandi vel ad iudicium<sup>a)</sup> vocandi homines predictae ecclesie, nisi causa prius fuerit ad priorem et fratres perlata et ab eis emendatio<sup>b)</sup> vel secundum iustitiam vel secundum amicabilem compositionem<sup>c)</sup> reverenter et benigne requisita. Precipimus etiam firmissime omnibus iudicibus tam in civitatibus quam<sup>d)</sup> extra per castella<sup>e)</sup> et villas constitutis, si quando contigerit<sup>f)</sup> predictos fratres proclamationem super illatis sibi iniuriis facere, ut statim iudices celeri eis iustitia subveniant et presens prontumque<sup>g)</sup> iuris<sup>h)</sup> auxilium contra adversantium violentias eis efficaciter impendant. Insuper statuimus, ut ipsi fratres in causis civilibus sacramentum calumpnie prestare non cogantur et quod eis nulla prescriptio temporis obiciatur<sup>i)</sup> nisi centum annorum<sup>j)</sup>. Precipimus etiam eiusdem ecclesie patronis firmiter iniungentes, quatinus<sup>k)</sup> predictam ecclesiam vel in hominibus vel in ullis<sup>l)</sup> rebus ipsius aliqua molestia vexare non presumant eisdemque patronis et nostris simul nuntiis et ceteris imperii fidelibus diligenter iniungimus, ut eandem sancte Crucis ecclesiam<sup>m)</sup> de heremo Fontis Auellani per omnes personas ac pertinentias eius et ab omni incurso violentie semper defendere studeant<sup>n)</sup>. Confirmamus etiam eidem ecclesie omnes eius possessiones, quas actenus<sup>o)</sup> tenuit et possedit et quas deinceps iuste et rationaliter acquirat, ac ipsi pacem in eis et quietem nostre auctoritatis<sup>p)</sup> edicto<sup>q)</sup> stabilimus. Preterea concedimus et confirmamus ipsi ecclesie omnes homines et possessiones, quas | nunc habet vel in posterum iuste<sup>r)</sup> est habitura, et quicquid in eis iuris habemus, ipsi conferimus<sup>s)</sup> et*

VU II

t) actinent CD u) recipiant C v) hiis E w) videant E x) nulla fehlt E y) loco ad mit Verweiszeichen am Rand nachgetragen D z) forensicis D a) iu iudicium C b) emendatione B c) compositionem C d) quam quam B e) castra E f) co durch Faltung zerstört B g) prontumque B h) iuris fehlt E (Lücke) i) abiciatur E j) no durch Faltung zerstört B k) qu durch Faltung zerstört B l) nullis E m) mul — ecclesiam durch Faltung zerstört B n) are studeant durch Faltung zerstört B o) hactenus C, actinus D p) auctoritatis durch Faltung zerstört B q) edito CE, hedito D r) iuste fehlt B s) habemus ipsi con durch Faltung zerstört B